

188 Feria V. infra Domin. II. Quadragesti

bona in hac vita receperit, recenset, & A col. 149. ad col. 156.
cur diuiti damnato dixerit Abraham,
fili recordare, quia recepisti bona in vita tua;
inquirit. Postremus cur peccatoribus
prosperè cuncta succedant, exponit.
Tom. de diuers. noni Testam. lotis serm. 6. a
pag. 54. ad pag. 111.

Eiusdem homilia de Lazaro & diuite.
Euangelij verba sigillatim interpretatur;
nomen diuitis; id est silentio sup-
pressum esse docet, quia infructuosus &
inutilis, etiam nomine priuatur; eius
diuitias vestimenta, & epulas recenset.
Lazari statum miserabilem describit;
diuitis immanitatem & crudelitatem
repräsentat, eiusque sepulturam com-
memorat, ac Euangelij residuum ex-
planat & breui expositione perstringit.
Tom. 6 serm. 63. a pag. 564 ad pag. 569.

Eiusdem oratio contra ingluviū
huic Euangeliō facili negotio aptanda.
In deliciis diffuentes, & in eos qui
ebrietati indulgent, acriter inuehitur,
probatque sumptus effusos culpā non
carere; non solum corpora eorum qui
sic afficiuntur, deformari, sed animas
multo magis corporibus deformatas es-
se, multoque maiores, quam corpus
ægritudines ex hac mollitie suscipere;
delicias veneno esse peiores; ac veras
voluptates in frugali vita positas. Insu-
persi temporis superfluas voluptates,
delicias vanitatisque enumerat, &
condemnat; Vbi quædam de sancto-
rum mensis frugalibus, ac Tyranno-
rum aliorumque prodigorum super-
fluis. Tom. Homil. ad popul. Antioch. Homil.
66. a pag. 834. ad pag. 840.

S. GREGORII MAGNI homilia in
Euangelium Dominicā I. post Trini-
tatem habita, ex qua V. B. Beda omnia
transcripsit quæ habet in hodiernum
Euangelium, quapropter supra requi-
rendum. Duo autem precipue tangit,
spiritalem allegoriam intelligentiam, &
pro morali instructione, historia veri-
tatem: ac tandem ex consideratione
quietis Lazari & pœnarum diuitis, in-
fert, pauperibus subueniendum esse,
eosque tanquam aduocatos nostros in
die iudicij furios, solendos, & dili-
gendoros. Tom. 3. Homil. 40. & ultima

* IOANNIS NEPOTIS SYLV HIEROSOL.
hom. 3. in Lucam de diuites. 1. dicit
qua occasione hæc narrata sunt. II. pro-
bat historię veritatem. III. Euangelij
verba successuè exponit IV. extendit
se ut statuat salutem, quæ per Christum
facta est; quem & diues expetebat re-
surgere, & fratribus nuntiare. V. Agit
contra Marcionem & Manichæum,
contrarietatem legis & Euangelij sta-
tuentes. VI. Vult nos prouocari pau-
peris exemplo. Vbi data occasione
tractat; an hæc antè iudicium nec-ne,
acta sunt; & docet antè crucem Christi
neminem fuisse in paradiſo. Crucem
Christi clauem esse paradiſi, quem pri-
mus cum Christo ingressus est latro.
B Tom. I. a pag. 481. usque ad 484. Interope-
ra D. Chrysost. in Lucam. tom. 2. a col. 1013.
ad 1018. edit. Parisi. an. 1614.

B. THÉODORI STUDITÆ, ser-
mo caechet. huic diei satis conueniens,
agit enim de feriis veris & falsis, docet
que nequaquam feriandum esse cra-
pulâ atque poculis, sed Deo; feriatur
autem Deo qui illi cohæretur, cohæ-
rescit vero ipsi, qui mundi illecebras
contemnit. Tom. 2. Aut. Bibl. Patr. serm.
37. col. 1320.

Eiusdem sermo alter de noxia fu-
gienda voluprate. Martyrum ac san-
ctorum exemplo. Ibid. serm. 83. col.
1360.

* THEOPHANIS CERAMEI
hom. 8. Initio argumentum contex-
tus Euangeliī proponit, mysticæ do-
ctrinæ calicem plenum contentionē
virtutis & vitij, deliciarum & inopiae.
Tum ipsum enarrans textum, notat I.
diuitiarū nomen minimè in bonā partem
vsurpari in scripturis. 2. Inuehitur
in vita delicias, præsertim vestimento-
rum. 3. Pauperis Lazari miseriam ob
oculos ponit, cum diuitis crudelitate.
4. Vtriusque exitum, fœlicem, lazari
ob voluntariam paupertatem: horrendum
Diuitis, ob crudelitatem & delicias.
Vbi & nonnullas circa parabolam
quæstiones mouet & soluit. a pag. 46.
ad 52.

S. THOMÆ AQUINATIS sermo